

Johann Georg Dorsche

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Georgius Dorscheus D. & Professor Theologus, Ad Exequias ... Puellae Christinae Buecks/ [...] XI. lunii huius anni ... denatae. Quas Moestissimi Parentes hodie hora 1. in templo Mariano XVI. lun. paraturi sunt, frequentia decora cohonestandas Literatos omnium ordinum omnes ... velut ...

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747422982>

Druck Freier  Zugang



Dorscheus, J. G.,

in C. Bueck.

R. 1659

S 13.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES GEORGIVS
DORSCHEUS D. & PRO-
FESSOR THEOLOGUS,
AD EXEQVIAS
FLORENTISSIMÆ PUELLÆ
CHRISTINAE



BIGEGLIES/

Iunii hujus anni in DOMINO JESU

Sponso suo piè denata;

Quas

Möstissimi Parentes

hodie hora I. in templo Mariano XVI. Jun.

paraturi sunt,

frequentia decora cohonestandas

Literatos omnium ordinum omnes & literarum

fautores, Cives imprimis Academicos,

velut

ad mortalitatis per omnes ætates grassantis

exemplar

per amanter & studiosè invitata atq; cohortatur

Salutem perennem precatus!

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
ANNO M. DC. LIX.

3

OMnia, quæcumque posidemus, quibus utimur,
quibus fruimur, non posidemus vel fructa usu-
que capimus, si ad Deum respiciamus, jure pro-
prio aut ejusmodi donationis, quæ proprietatem quan-
dam induceret. Donec Deitentur omnia. Singulare
tamen est & eximium quiddam, quod Hierop saltē de-
predicat Ps. 127, 3. cum ita cantat, חנה נכלה יהוה בנים
לXX. ita reddunt: id est καλογεροπατε νεφελοις,
ηπιοι, ο μισθοις Σαρανται την γαστραν. Ecce hereditas Domini, filii,
merces fructus ventris. Vulgata ita habet, nisi quod fructus
ventris Latinis videatur dici merces ipsius Domini, sicut
filii dicuntur hereditas Domini: LXX. vero dicat, filios,
sive liberos esse mercedem ipsius fructus ventris, sicut
sunt hereditas Domini, quod alienum a scopo Psalmis.
Ille enim nominavit filios, sive liberos; ut autem con-
stet, quos indigit liberos, nominat fructum ventris, ut
intelligamus, problem intelligi ex benedictione paradi-
siaca Gen. 1, 28. oriundam. Abit Augustinus Tom. 8. in
Enarratione b. Ps. 2 littera, cum ita ait: Quomodo dicit, fructus
ventris? Parturiti sunt filii isti. Est quaedam mulier, in qua
spiritualiter ostenditur, quod dictum est Eva, in gemitu parti-
ties. Parturit enim Ecclesia filios conjunx Christi: Et si parit, par-
turit. In cuius figura etiam Eva mater vivorum appellata est.
In membris parturientis erat ille, qui dicebat, Filioli mei, quos
iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Sed non fru-
stra parturit, nec frustra peperit. Erit semen sanctum in re-
Jurre

surrectione mortuorum. Abundabunt justi, qui diffusi sunt mo-
do toto orbe terrarum. Gemitillos Ecclesia, parturit illos Ec-
clesia. In illa autem resurrectione mortuorum apparebit par-
tus Ecclesia, transiet dolor & gemitus. Et quid dicetur? Ecce he-
reditas Domini filii: merces fructus ventris: hujus fructus
ventris, non hic fructus ventris, merces hujus fructus ventris.
Quae est ipsa merces? resurgere a mortuis. Quae ad ipsa mer-
ces? surgere, posteaquam sedisti. Quae est ipsa merces? letari,
posteaquam manducasti panem doloris, cuius ventris? Ecclesia,
in cuius ventre, quia eus typum Rebeccagestebat, duo illi gemi-
ni tanquam duopopuli luctabantur. Una mater in doloribus
suis dissidentes fratres nondum natos continebat. Pulsabant
materna viscera discordiis internis: gemebat illa, vim patie-
batur: sed pariens discernebat, quos geminos pregnans pertu-
lerat. Sic & modo, fratres, quamdiu gemitus datus est Ec-
clesiae, quamdiu parturit Ecclesia, ipsi sunt intus boni & malorum.
Fructus autem ventris in Jacob erat, quia ipsam dilexit mater;
Jacob dilexi, dicit Deus; Esau autem odio habui. Ambo de
utero processerunt, unus amari meruit, aliis reprobari. In
dilectis ergo eus fructus erit. Bene quidam ista sese habent,
sed Spiritus sancti mentem Regii Psaltæ verbis expressam
non attingunt. Nec quadrat Joh. Lorini b.l. annota-
tio, quæ est; Propheta prædictis fore, ut populo suo, ipsum à
captivitate liberando, si spem in Deum conjecerit, somnum det
Deus quietis, pacisq.; tunc autem clarius deprehendatur, eum
autem esse Domini hereditatem & populum DEO dilectum,
quemadmodum fuerant David & Salomon, concedaturq; non
modo domum edificare, id est, templum, & custodire civitatem
repulsi hostibus, qui post redditum è captivitate impedire volue-
rint; verum etiam in liberis augeantur, & multorum plant li-
berorum Patres. Hæc Domini censetur hereditas, quia ipsius
minutus

minus peculiare ac merces promissa populo Hebreo, apud quem
tanti fiebat secunditas, & copiosa proles, ita ut inter promissio-
nes esset una, non futuram steritem sexus utriusque avud illos.
Non sane apparet, qua ex causa verba Davidica ita restringere
queamus. Nam quod inscriptio hoc Canticum pro Salomone
dicat concinnatum, non vult, loqui Canticum de Salomone tan-
cum. Adeo non elucet ex hoc Psalmo, vel in eo sermonem habe-
ri de templo, quod Salomon construere debebat, cum id, scis
voluerat, David nequivisset, sed propter iam piam tamen volunt-
atem domus ipius ac regiae dignitatis, cuius post eum Salomon
primus heres futurus erat, in ea perpetuitatem, quod Christi
spirituale regnum typice designat; DEUS promisisset: vel eum
loqui de templo secundo, in quo excitando, cum non parva dif-
ficultates futurae essent, etiam post factam à Cyro peccatatem,
ita ut per annos 40. fabrica duraverit, Salomon quodammodo
introducitur tanquam expertus divinam opem, in dedicatione
custodiaq; templi, & civitatis, adhortans Zorobabelim, quo pa-
cto in ea re se gerere debeat. Generalia sunt regni vatis
axiomata, quæ ad peculiaria & singularia non sunt re-
stringenda. Interim nemo pius inficiabitur, debuisse
Salomonem & pios quosque ista applicare ad easus &
consilia imminentia. Liberi itaq;, quos largitui ex con-
nubiali thoro divina benignitas, sunt hæreditas Domini,
& fructus ventris sunt merces, juxta translationes addu-
etas. Hæreditatem Dei explicat B. Lutherus pro dono
DEI, & quidem singulari & excellentissimo, ut à quo-
cunque alio, quod divinitus nobis obvenit, distinguatur.
Habet enim se hæritas instar doni, ut pote nullo no-
stro studio acquisita, si naturali successione nobis obve-
niat. Alias propriæ hæritas non sunt liberi, quando-
quidem extrinsecus haudquaquam adveniant. Itaque
impro-

improprietate remota Magalander vertit, donum DEI
Non assequor, cur Joh. Lorino è Lojolæ schola videa-
tur hæreditas Domini hic sumus, non de ea, quam dat, sed
quam quodammodo acquirit Deus, ut nempe iidem, qui
postea dicuntur filii scil. Dei, dicantur hæreditas illius
esse. Lieet enim omnia plusquam hæreditaria proprie-
tate sint Domini, non tamen aliud nunc agit Hieropsal-
tes, quam ut nobis indicet, quid obveniat mortalibus à
Domino, nimirum eximium & peculiare quoddam à Deo
donum, & hæreditas nobis obveniens, qua dicitur &
incomparabili quapiam perfundamur voluptate. Nec
aliud vult, cum dicit fructum ventris esse mercedem.
Ita fructus ventris merces est, ut filii sunt hæreditas. Im-
propriè hæreditas, impropriè merces. Si enim pro-
priè hæreditas Dei sunt liberi, non sunt merces. Si pro-
priè sunt merces, non sunt hæreditas. Itaque & merces
pro dono summè gratuito ponitur, ut Gen. XV, 1. Liberi
ergo quibus acquirendis Deus Opt. Max. fructum ven-
tris, tanquam seminarium quoddam consecravit, ita in
naturalibus sunt nobis donum Dei, ut nulla alia creatura
hoc modo graduque donum Dei duci possit. Cœlum &
in eo radiantia stellarum innumerabilium agmina do-
num Dei sunt; aer & in eo volitantes aves innumerabiles
& inexplicabiles, donum Dei sunt: aqua in varia maria
& flumina distributa, & in illis natititia infinita & in-
estimabilia piscium examina donum Dei sunt: terra &
quicquid illa sustinet in sua superficie, quicquid in late-
bris continet, quicquid in venis, cavernis, sinibus, re-
cessibus complectitur, donum Dei est. Divinitus condita
sunt omnia. Divinitus ordinata ad emolumentum homi-
nis sunt omnia. Divinitus exhilarando etiam homini
condi-

conducunt omnia. Nihil tamen assequitur illud donatio-
nis fastigium, in quo modo positi sunt liberi. Illi n. sunt
donum ex parentibus datum parentibus, non tantum ex
parentibus secundum eam partem, quæ terrena est, & mu-
tationibus obnoxia, sed etiam secundum eam, quæ im-
mortalis est & perennatura. Neutra n. seorsim constituit
liberos. Et hoc ipsum ad inestimabilem quandam doni
divini pretiositatem facit, quod intra nos reconditam
esse voluerit Deus omnipotens illam vim, ex qua in ista
perfectione liberi emergere queant. Supergreditur hæc
omnium cæterarum creaturarum excellētiā tanto ma-
gis, quanto anima rationalis omnibus excellentior est.
Sunt donum ex quo Ecclesia Dei sponsa comparanda.
Sunt donum ex quo omnes Reip. ordines instaurandi.
Sunt donum, quo cœlum implendum. Tanta ex hoc do-
num speranda sunt, si illud recte custodiatur, & pia solli-
citudine conservetur. Tanto acrior & intensior dolor
pios parentes obruit, si donum tantum tamque prelio-
sum mors præmatura eripit. Eo nunc penitus occupa-
tus est Spectatissimus & honoratissimus Vir, D N. J O-
HANNES Bueck / Amicus noster dilectissimus, cum fi-
liolæ suæ, flosculo thalami sui florentissimo, dono præ-
stantissimo, exequias parare necesse habet. Confidimus
autem per gratiam mitissimi J E S U, qui & ipse fructus
matris suæ & donum ineffabile factus est, lenitum iri do-
lorem acerbissimum, si considerabitur, ultra siderum re-
gionem, in beatorum habitaculum donum illud transla-
rum esse, ubi tutissime custoditur & ibi asservatur, ubi
tantum donum servavi decuit, ubi auctius, emendatius
& pulchrius sao tempore recuperabitur. Datum est mun-
do hoc donum præclarissimum, CHRISTINA Buecks
& in

& in sinum Parentum depositum An. Chr. M. DC. LII.
ultimo Julii. Parentem habuit, quem jam nominavimus, virum prudentia & negotiorum gerendorum per-
spicacia exercitatisimum, Dn. JOHANNEM Bued/
Præfectum & ædilem templi Jacobæi, Senatus Centum-
viralis Assessorem, Civemq; primarium. Matrem ha-
buit CHRISTINAM CARMONIAM, feminam sui
sexus ornamentis & virtutibus excellentem. Avus pa-
ternus puellæ fuit JOHANN. Bued/ Negotiator & Ci-
vis Hamburgensis primarius & laudatissimus. Avia Pa-
terna, JESCHA Sonnebergs/ matrona cultu Dei &
familia caro florentissima. Avus maternus fuit JA-
COBVS CARMON, antiquæ fidei hujus urbis civis,
CentumVir, Curator & præfectus orphanotrophii fidis-
simus, exercitis olim negotiationibus amplis satis cele-
bris. Aviam Maternam, MARGARETAM SIBE-
THEN, habuit, feminam præstantissimam, ex peranti-
qua & nobilissima apud Britannos SIBETHORUM fa-
milia oriundam. Satis fuit visum, has origines anno-
tasse ad funus puellæ, quæ amplius jam tæpe deductæ fu-
erunt. Hac nascendi præstantia eximia CHRISTINA.
ut Christiana fieret & cœlesti nativitate donaretur, pia
sollicitudo parentum curavit. Quæ magna vigilantia
relicuum vitæ curriculum instruxit, ut suavissima exci-
taret gaudia, ad commoda porrò orbis accommodanda.
Aliter autem visum est ei, qui omniscio oculo omnia lu-
strat & optimè omnibus prospicit. Nam per morbum
periculosem illicò ad immortalitatem cœlitus evocata
fuit. De Morbo ita differuit excellentiss. & experientiss.
vir, Dn. Caspar Marchius, Med. D. Clariss. ejus & Math.
Prof. celebr. Collega & Amicus noster honoratissimus.

Rogas-

Rogatus à parentibus puerula beatissimæ CHRISTINÆ BUCKIÆ, ut histrio
giam morbi, quod piissima illa sensim perire, enarrarem, hanc potui, nec volui
etiam deesse ipsorum desiderii. Non unus autem aut simplex eheu! fuit, quod
generrimi corporis vires debellari diu sat, tandemq; prostrati vidimus. Ini-
tiò quidem circa 22. Aprilis Morbilli suis sese indicie produderunt, quibus fe-
bris ardens conjuncta pro more fuit; Mox largè jatū his ipsis erumpentibus,
extra periculum hic quidem morbus fuit; Verum perseverans hemicrania si-
nistri lateris & vix quicquam liberaliori etiam hamorrhagiā narium sedata,
tum etiam Ventris tormenta, & sensum torpor ac in sopore proclivitas,
suspitionē complicitorum aliorum affectionum scorbuti ad minimum & ver-
minosi, non certe vanam induxerunt. Sublatis enim & delectis planè intra
œclidum Morbillis superesse videbatur alia Febris erratica, incerta, (ut solent
plerung; esse scorbutica) hanc planè intermittens, circa meridiem tamen ue-
plurimum, aliquando bis in die manifestorem paroxysmum ostendens. Circa
medium Maji spes aliqua affulgebat convalescentiae, quandoquidem non am-
plius continuo calore sovebatur, sed manifesta & saepe longè intermissiones,
paroxysmi contra breviores animadvertebantur, adeo ut parcissimè de-
cumberet, plerunq; vestibus non exuta, rediretq; ad consuetos cum sodalibus
lusus. Interea suspecti hastenus vermes semel atq; iterum per secessum pro-
dierunt, quorum conjuncta putredo ante ipsum hujus mensis finem vehementio-
rem sebrem excitavit; quâ exacerbatus sinistri Lateris in capite dolor, junctis
subinde ventris tormentibus miserrime afflixit tenerrimum corpus, viresq; ejus,
frustra prorsus adhibitus quibuscumq; tum febri, tum doloribus, tum vermicibus
oppositis remedium, variisq; confortantibus brevi adē prostravit, ut jam semi-
mortua visa fuerit, itaq; decumbens nec cibum nec potum per aliquot dies
admisierit, nec voces ferè ullas, quam quibus ō Jesu, Jesu, ingemuit, ediderit,
sq; dum piissima hac suspiria exaudiens Salvator eam placidissimō yita sine
die ii. præsentis mensis sub ipso solis exortu gratiose beaverit.


Habetis curriculuni vitæ pueræ nostræ, quo cito ad felicitatem
perennitatis venit. Nostrum nunc est, ut ad necessarium pietatis Chri-
stianæ officium numero lám præstemus frequentiam. Causæ eluent ex-
sis, quæ dicta sunt. Quibus jungo preces & monita mea seria, quibus
apud vos locum futurum, amor, quo me prosequimini, vester
omnino mihi persuaderet. Dab. Rostochi An. Chr.
M.DC.LIX XVI. Junii.

Conventus fieri hora I. in templo Jacobæ.

o(50)



& in sinum Parentum depositum An. C
ultimo Julii. Parentem habuit, quem
mus, virum prudentia & negotiorum a
spicacia exercitatisimum, Dn. JOHA
Præfectum & ædilem templi Jacobæi, S
vralis Assessorem, Civemq; primarium
buit CHRISTINAM CARMONIA
sexus ornamentis & virtutibus excellen
ternus puellæ fuit JOHANN. Wulf/ N
vis Hamburgensis primarius & laudaris
terna, JESCHA Sonnebergs/ mat
familia cura florentissima. Avus m
COBIS CARMON, antiquæ fidei
Centum Vir, Curator & præfectus orph
simus, exercitis olim negotiationibus a
bris. Aviam Maternam, MARGAR
THEN, habuit, feminam præstantissim
qua & nobilissima apud Britannos SIBI
milia oriundam. Satis fuit visum, ha
tasse ad tunus puellæ, quæ amplius jam i
erunt. Hac nascendi præstantia eximia
ut Christiana fieret & coelesti nativitat
sollicitudo parentum curavit. Quæ r
eliquum vitæ curriculum instruxit, ut
raret gaudia, ad commoda porrò orbis a
Aliter autem visum est ei, qui omniscio
strat & optimè omnibus prospicit. N
periculorum illicò ad immortalitatem
fuit. De Morbo ita differuit excellentiss
vir, Dn. Caspar Marchius, Med. D. Clari
Prof. celebr. Collega & Amicus noster.



the scale towards document

LII.
navi-
per-
ued/
tum-
n ha-
m sui
s pa-
& Ci-
a Pa-
ei &
JA-
nivis,
Fidi-
cele-
BE-
anti-
M fa-
nno-
æ fu-
NA.
pi
antia
exc-
nda.
alub-
cata
tis,
ath-
nus.
ogæ-